16

mon contigerit, ex tunc idem Maritus bona supraseripta genera-
liter omnia morte praedictae consortis suae derelinquenda cum omni
Jure Dominio et proprietate tenebit, habebit, et possidebit, illisque
quiete et pacifice ad extrema duntaxat Vitae suae tempora Vti-
fruetur. Post Mortem Vero et de hac luce decessum eiusdem
Mariti sui ex tunc bona supraseripta morte eiusdem Consor-
tis derelinquenda ad Successores suos sine quouis impedimen-
to et Contradictione Successorum mariti sui totaliter et ple-
narie denoluentur. Alijs suis praesentibus personalibus recco-
gnitionibus ad praemissa omnia et singula medianti-
bus.

Sabbatho ante Festum Sanctae Priscae Virginis proxi-
mo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesi-
mo Secundo. 16/I 1672

Wilczkowscy Coniuges et Bienkowski Intercisam mu-
tuo Roborarit et Statuet. 906

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi Joannes
Wilczkowski Dapifer Kiiouiae et Zuzanna de Postronno
Coniuges legitimi ab Vna et Joannes Bienkowski parte
ab altera praesentim Vero Generosa Wilczkowska Consors
eiusdem mariti sui Vti Tutoris Coniugalis persona-

2

assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda con-
sensu sani mentibus et corporibus existentes a Terris Distri-
ctibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et
competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitanea-
li Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum modernum atti-
net seque successoribus ac bonis suis generaliter omnibusque
totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam
libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet
illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi
et quidem praefatus Generosus Bienkowski suo et Gene-
rosae Zophiae Bienkowska Consortis suae legitimae pro cuius
ratihabitione cavet et se praesentibus inscribit nomine
sibi mutuo et invicem una pars alteri, ac posteris utriusque
partis, se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter
omnibus, summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis
inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam inter
se Recognoscentes ratione certarum rerum et conditionum
in eadem Intercisa contentarum, de actu et data illius
hic Praemysliae die hodierna in actu contenta hoc est die
decima Sexta Januarij Anno praesenti confectam et conscri-
ptam, manibus sui Recognoscentium proprijs ab utrisque
subscriptam, in omnibus et singulis eiusdem Intercisae con-
ditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadio ligaminibus ac
nexibus generaliter universis firmiter tenere complere
exequi ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis
eius contentis, tam in parte quam in toto, toties quoties opus
fuerit, satisfacere, Intercisam praefatam ad Inscriptionem
praesentem Roborat[illegible] et Inscriptionem praesentem
Roboratoriam ad praedictam Intercisam vicissim in toto
referendo. Idque sub vadio summae Novem Millium Flore-
norum Polonicalium per partem parti cum successo-
ribus utriusque partis ob non complectionem contentorum

Intercisa præfata omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad Solvendum succumbendo. Nihilominus Unus Recognoscentium nempe Generosus Joannes Bienkowski se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibuscunque habitis et habendis suprascriptis Generosis Joanni Wilczkowski Dapifero Kiiouiæ et Zuzannæ de Postronno Coniugibus legitimis eorumque posteris, inscribit et obligat præsentibus suprascriptam Generosam Zophiam Bienkowska Consortem sui Recognoscentis legitimam cum personali sui assistentia, Vel in eventu mortis successores illius ad approbandam per ipsam Inscriptionem præsentem Roborationem Vel similem suo pro interesse faciendam ad Acta quævis authentica Rni Vim et robur perpetuitatis in se habentia intra decursum duodecem septimanarum, adducere et personaliter statuere, ab eaque Vel eius successoribus, Ut præmissa debite exequantur efficere, Idque sub alio simili et speciali Vadio aliorum Novem Millium Florenorum Polonicalium per eundem Generosum Joannem Bienkowski sive eius posteros suprascriptis Generosis Joanni Wilczkowski Dapifero Kiiouiæ et Zuzannæ de Postronna Coniugibus legitimis sive eorum Successoribus ob non statuitionem præfatæ Generosæ Zophiæ Bienkowska Consortis suæ statuendæ, Vel in eventu mortis Successorum illius pro tempore et loco superius expressis ad Solvendum succumbendo. Pro quibus quidem Vadio Vel Vadiis modo præmisso ad Solvendum succubitis, ac pro re aliqua principali ex contentis intercisæ præfatæ non completa complenda Citata existens memorata pars Una præmissa non tenens sive eius posteri Ad Instantiam partis alterius præmissa tenentis et complentis sive illius successorum ad Officium præsens Castrense Capitaneale Præmisliense ex tunc recessu suprascripta

4

quo ad respondendum spectat mediante semper in primo cita:
tionis Termino tanquam peremptorio, stare Juri parere re:
spondere, Vadium vel Vadia pro facta lucre Inscriptioni præ:
senti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur
seq; ac suos successores, ad eadem omnia inscribit et obligat
præsentibus, illum Terminum primum peremptorium vti
et alios omnes exinde consequentes, causæ eiusdem Termi:
nos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori mi:
norennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum
servitio militari ad munimenta ad exercitum, vel aliis quibus:
uis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo ad
quietationem præterea vltra proximos officij præfati Castrensis
Capitanealis Præmysliensis Terminos dilatione in sibi non recipi
endo, nullasq; motiones, appellationes, ac earum prosecutiones
faciendo, ac præmissa omnia pænis simplicibus vel duplicatis
evasionibus, suspensionibus fatalis Juris præscriptione Terre:
stri bello conventioneq; ac aliis omnibus Juris remediis et de:
fensis non subterfugiendo nec modo alio quovis euaden:
do Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa
omnia et singula mediante.

Feria Tertia in Crastino Festi
19/I Sanctæ Priscæ Virginis Anno
1672 Domini Millesimo Sexcentesimo
Septuagesimo Secundo.

Vstrzycki et Chlopecki mu:
907 tuo Infercisam Roborant.

Comparentes personaliter Coram officio et Actis præsentibus
Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosi
Alexan: